Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35041
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



cuertit. ¶ ceterа uero hanc ad rem accomodata facilia intellectu
sunt. ¶ Sin autem pro aduersariis sit. ¶ Primum omnia q in lege
contrariam quispiam dicet accomodari possunt. ¶ Est enim
absurdum si legibus cum non recte sed iniuste ac dolo malo
latoribus positis cognouerimus non stabimus: et pactis necessa-
rio stabimus. ¶ Deinde si iudex iuste distributor est: non
est considerandum quod iustum est: sed quod iustius. ¶ Et iu-
stum quidem nec deceptione nec necessitate uerti potest:
quoniam innatum est. pacta uero et a deceptis et a coacto
fiunt. ¶ Ad hec perspiciendum: si pacta aliqui legum ut superan-
tur uel non superantur: si iustis: si honestis ac denique si
aliquid pacto priori uel posteriori contradicunt. ¶ nam aut
priora uera sunt: et posteriora falsa: aut recte se habent
posteriora: sed priora fefellerunt. ¶ tacque alto istorum ex
re nostra utemur. ¶ Deinque alicuius alicuius inspiciendum
si aliquomodo iudicibus inutilia sunt: ceteraque huiusmo-
di facilia nacque inuenitur similiter sunt. ¶ Questiones
autem testimonia quedam sunt: uidenturque fidem facere:
quoniam cogunt quas non est difficile percipere: at ea
que hinc inuenire dicique possunt conspicere. ¶ Nam
si pro nobis sunt: amplificatione utendum est. q ex testi
moniis solla hec nam sunt. ¶ Sin non aduersus nos et pro
aduersariis: dissoluemus que uera sunt: de uniuersis quo
questionum disserentes. ¶ Nam qui cogunt: non minus falsa
dicunt q uera. et tum tollerantes nam occultant. tum facile
falsa dicentes credunt se ciaui euasuros. ¶ Sed oportet hec
exemplis comprobare: que ipsis iudicibus non ignorent.
¶ De iure iurando autem quadripartito distribuere
possumus. ¶ Nam aut offert aut sustinet aut neutrum aut
alterum. idest aut offert sed non sustinet aut sustinet sed non
offert. ¶ Preterea de his ipsis aliter: si iam iuratum est et
sit uel ab hoc uel ab illo. Non offere igitur se dicet: quo-
niam homines ad ab eis pecunia petit facile peierant